



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XII. Iacob. Sadolet. Episc. Carpent. Ludouico Pariseto Luniori S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

ambitionem transferre cogitarunt. Quod me vehementer virges, imprimis est rei domesticæ cura. Viuit enim adhuc quidem pater, sed extrema iam ætate: forores habeo domi nobiles: fratres emisti sunt omnes, præter eum quem iamdiu in Cypro insula degentem, in nostri oblitum, rectè possumus inter mortuos connumerare. Itaq; mihi vni apprimè ad otium & tranquillitatem nato, quæ ad hoc tempus in aliorum sedulitate ac diligetia conquieuit, gratissimum iam onus gubernandæ familiæ subeundum est: spesq; illa mea tecum viuendi, quod maximè optabam, in aliud tempus referenda. Sunt hæc quidem magna incommoda, & à meo valde aliena constituro. Sed ea omnia veræ laudis atq; virtutis amor facite leniora. Quin maior mihi proposita est gloria, si tot circumfusis molestiis, in eum locum peruenero, in quem multi abundantiores oratio, atq; fortunis, peruenire minimè poterunt. Quod an aliquando affecturus sim, haud satis compertum habeo. Enitarerè, Deo hominibusq; bene iuuantibus. Proficiscar enim eo, ubi licebit veterum amicorum, doctissimorumque virorum persui consuetudine. Quæ quanti in studiis nostris momenti sit, tu maxime omnium nosti. Habebimus illic Bembum, Lazarum, Lampadium, Pierium, bone Deus, quo iudicio, qua eruditione homines? Nec dubitamus, quin & alios in dies habituri simus, peractos rerum vrbicarum, atque huius vrbis miserimi status. Taverò velim, qua consueti fide ac religione, nostram inter nos amicitiam tuearis. Et quemadmodum ego te semper absentem oculis atq; animo requiram, ita tu benevolentia in te meæ memoriam apud te interire ne patiaris. Quod equidem adscribo, non vt timens, sed vt amans. Literas tuas ad Petrum Bembum, quas mihi dedit Antonius, reddam diligenter: multamque illi, ac cæteris amicis salutem dicam tuis verbis. Illic otiosus plura ad te, literasq; ad Antonium, aut Binum mittam. Idem ipse si facies, erit mihi quàm gratissimum, atque vt facias oro. Vale omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt beatissimè. Valere etiam volo Paulum à quo literas accipere opto. Romæ. IV. Calend. Maij. M.D.XXXII.

XII.

IACOB. SADOLET. EPISC. CARPENT.

Ludouico Pariseto iuniori S. P. D.

Teo tuum carmen: idque mirificè probaui: est enim quantum ego possum iudicare, cum doctum & elegans, tum quo in genere esse vis, eius generis numeris omnibus absolutum. Sed eius ipsius argumentum carminis aliquandiu me suspensum, atque accipitem animi tenuit: dum uequirem fati cōiectura per-

N 2 spico.

spicere, quid tu in illo tibi propositum habuisses. Nam si orationum & cultum reprehendis orationis, eosque obiurgas, quibus tuis verbis, grauibisque sententiis sua sensa exprimunt, sequuntur, vel quae ab ipsis emittuntur, prodeant limatiora: tibi laqueum tendis, tute ipse te implicas: eos enim acculantur qui studium & operam polienda orationi dant, nō decuit ipse politē & disertē loqui. Quod si ego is essem, qui mihi hanc elegantiam adsciscerem: responderem tibi id quod verissimum est, debere nos partus eos quos gignimus, optare nasci quam perfectissimos: nihil earum desiderantes rerum, quae ad vitam & ad decorem, corpore, animo, vita continentur. Hoc non solum in filiorum sobole corporea, sed multo etiam magis in foetibus ingenij natura nobis esse dicerem infutum: neque quam naturalem hanc in nobis cupiditatem iure fuisse aequam ut vitium obiectam, quae non ad popularem famam pertinet & maxime, sed ad expletionem naturae spectet atque pertinet. Sed quoniam meum negotium non agitur, videntur aui. Ego illud pro aetate & consuetudine mea non inuitus admoedo, ne te ab illa ratione falli sinas, quae tibi fortasse bona visa est. Quidem existimas ita esse, ut scribis, nitorem, & copiam accuratissimi sermonis, veritati fucum & falsum colorem obducere. Non enim ita se res habet. Nec qui in sacris literis disertius explanandis uigilant, eiusmodi provinciam suscipiunt, ut perscrutant veritatem, quae ex diuinae legis oraculis aperte & perspicue luce clara est, neque eget ad demonstrandum ingenio aut interpretatione cuiusquam. Sed refrigeratos iam pridem mortalium animos, ad pietatis studia rursus capellenda mouitis & cohortationibus suis conantur accendere: quod sine vi aliqua dicendi reborum grandium, & apte significantium copia, commode fieri non potest. Quare meum iudicium est, & semper fuit, non solum licere Christiano homini, verumetiam, conuenire, atque ad hoc opus esse, si suo is rite officio fungi velit, excelsere orationem, quae legentibus magis profutura sit, & magnifica praepotenti Dei opera uberius explicatura: laudemque ab hominibus (quae modo princeps ipsa spectata non sit, eaque nobilium uis ad Deum referatur) tanquam accessione quandam non penitus aspernandam esse. Quod ego te quia facere mihi uisus es, ut de te ad scribendum accurate & subtiliter, & collaudo nunc quidem, & in posterum quoque in eo ut perseueres, vehementer hortor. Valc. Carpent. XVII. Calend. Decemb. M. D. XXXIV.